



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

111. An Archiepiscopus Panormitanus peccet confirmando
præsentationem digni, omissa digniori, factam ab Illustrissimo Senatu
hujus Vrbis in aliquam Parrociam? Et an Senatus eligendo indignum mittat

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

Quoad Abs. & Disp. &c. Ref. CX. &c. 371

citatur. Sed authoritas Sacrae congregationis est
maxima.

RESOL. CX.

Quidam Patronus qui non erat primus fundator beneficij, quafuit a me, an sub peccato mortali deberet presentare dignorem.
Ei docetur, quia Patronus laicus non tenetur presentare dignorem, etiam ad beneficia curata. Ex. p. 2. m. 5. & Misc. 1. Ref. 37.

Sed s. 1. T *Virianus in 2.2. tom. 2. disp. 2.2. dub. 5. num. 6.*
Valquez opus. de benef. c. 2. §. 2. dub. 5. n. 74.
*Iean. Malderus Episc. Antverpiensis in suis doctissi-
ma commentariis ad 2.2. tract. 9. cap. 2. dub. 2. Leffius*
ibid. 2.6.3.4. dub. 14. n. 65. in fin. Azor. p. 2. lib. 6. c. 21. q. 5.
*Gutier. canon. qq. lib. 2.6. 11. num. 26. Molin. Iurisconsul-
tans. in primis. His lib. 2.6. c. 5. n. 69. Ildephonso Azeudo*
*conf. 1.4. dub. 4. n. 41. Couar. Sotus. & alij affirmatiua
sententiam amplexi sunt. Nam hoc ius, quod ipsi pa-
tronum competit a iure, ea conditione concessum est,
ut ipsi tantum incumbat, quod Episcopo, aut alij
patrato incumbat; debet igitur seruare modum de-
bitum in beneficiis distribuendis, quod est eligere
dignores.*

*2. Sed contraria sententiam probabilem etiam
puto, quod patronus laicus non tenetur presentare
dignorem etiam quodad beneficia curata. Sic docet
Lambertinus deinde patron. p. 4. lib. 2. q. 10. art. 3. num. 17.*
*Riccius de part. dec. 3. 06. n. 4. Bellet. in diffl. cleri-
cal. p. 1. §. 4. n. 1. Ioloan. Valer. in diffl. vrris que fori, ver-
elidio, n. 4. & Ioloan. Valer. in diffl. vrris que fori, ver-
elidio, n. 4. & hanc opinionem probabilem voca-
can. Ledesma. in sum. p. 2. tract. 7. c. 2. concil. 7. diffl. 9.
fol. mbi. 164. & Bañez in 2.2. q. 63. art. 2. dub. 4. & in
termini illam sequitur nouissime Garfias. in
sum. 2.9.7.6. 16. n. 19. & Petrus a Nauar. de regis. lib. 2.
c. 2. num. 10. Et ratio est, quia Concil. Trident. in sess.
24. de Reform. 6.28. in Parochialibus iuris patronatus
Eccl. eligendum esse dignorem, ab approbatis
Examinateis in concurlo: dicit, quod si iurispa-
tronatus laicorum fuerit, debeat, qui a Patrono pre-
sentatus erit examinari. & si idoneus repertus admittan-
tur in quibus verbis cum Concil. Trid. non arctet Pa-
tronum, hinc ad presentandum dignorem, neque
nosardare debemus. Salua semper, &c.*

RESOL. CXI.

*As Archiepiscopus Panormitanus peccet confirmatio-
do presentationem digni, omisso dignore, factam
ab Illustrissimo Senatu huius Urbis ad aliquam
Parochiam?*
*Et an Senatus eligendo indignum, amittat pro illa
vice ius eligendi? Ex part. 4. tractat. 4. & Misc.
Ref. 37.*

4. D *E iure, communi negatiuam sententiam
tenendam esse non dubito, non solum in
foco externo, sed etiam interno, sed difficultas est de
iure nono Concilij Trident. sess. 24. c. 18. de reform.
& statute constitutione Pij V. edita anno 1566. unde du-
ctus loco decreto Concilij & Bulla Pontificis a scrit
Petrus de Aragon in 2.2. q. 63. art. 2. per illa corrigi
iis communis, & sic Episcopus non debet admittere
presentacionem minus digni tanquam invalidam,
omisso dignori.*
*2. Sed his non obstantibus contraria senten-
tiam tenendam esse puto cum Sanchez in opus-
toma. lib. 2. cap. 1. dub. 6. n. 6. Dico igitur Concilium*

*& Pium V. noluisse in aliquo facultati patronorum
derogare, & sic praesentatio patroni facta de digno
est valida, & per consequens admittenda est necessa-
rio a Praelato. Ratio est clara, quia a iure aniquo
non est recedendum, nisi iure novo expellis verbis
recedatis; sed hoc non accidit in casu nostro, nam
Concilium non irritat praesentationem de digno fa-
ctam, quae de iure antiquo valebat, sed tantum praeci-
pit, ut patronus eligat dignorem, quod etiam de iure
antiquo tenebatur facere ergo, &c. alias rationes
videbis apud Sanchez.*

*3. Verum dato, & non concesso, quod opinio
affirmativa Petri de Aragon est vera, non facit pro
casu nostro, in quo patronus qui praesentat ad paro-
chias est laicus, nempe Illustrissimus Senatus huius
vibis, & ideo secundum probabilem sententiam, qua
ego ipsi adduxi in part. 2. tr. 1. Miscellan. refol. 5. 7. po-
test praesentare etiam in foro conscientiae dignum,
omisso dignori, ergo debet Archiepiscopus Panor-
mitanus praesentationem dictam consumare, & ad id
tentetur, & si nollet possit cogi a Superiori, quia, vt
ait Sanchez loc. cit. n. 8. confirmatione est actus exterior
& iuridicus ab habente iurisdictionem ad confirmā-
dum; sed talis electio est valida in foro externo, & etia
in interno in casu nostro, secundum probabilem opini-
onem, ergo Imo in casu nostro si maior pars Sena-
torum ciuitatis eligeret minus dignum ad parochiam
minor verò dignorem, teneretur Archiepiscopus
confirmare dignum, nam praesentatus à minori parte,
censemur non praesentatus. Ita Doctores, quos citat &
sequitur Sanchez num. 11.*

*4. Et tandem nota, quod licet communiter asse-
rant Doctores, eligentem indignum priuari potestate
eligiendi pro illa vice, ex e. cum in cunctis, §. finali, de
elect. tamen ego puto contra Doctores, quos citat &
sequitur Padilla in locum quidam ff. de legat. 2. num. 17.
Rochus de Curte tract. de iure paron. ver. honorificū.
q. 4. n. 15. Probus in c. si tibi absenti, de probandi. in 6.
n. 53. textum illum non habere locum in patrono lai-
co, sed tantum Ecclesiastico, vnde patronus secula-
ris scienter praesentans indignum poterit iterum pre-
sentare. Ita Doctores, quos citat ad satietatem, &
sequitur Sanchez ubi supra n. 4. & ideo pater ex dictis,
quod si Illustrissimus Senatus huius urbis praesenta-
ret indignum ad aliquam parochiam, non ex hac pri-
uaretur potestate iterum alium praesentandi, nec in
hoc posset inquietari ab Archiepiscopo.*

RESOL. CXII.

*An minor quatuordecim annorum possit presentari ad
beneficium iuris patronatus?*
*Et an sufficiat annum 14. esse caputum? Ex p. 3. tr. 6. &
Misc. 2. Ref. 6. 4.*

§. 1. A *Firmatiuam sententiam mordicus susti-
net doctus Iurisconsultus Io. Maria Noua-
rius in questionibus forensibus part. 1. q. 71. n. 5. & seq.
quia licet ex depositione Concilij Tridentini sess. 23.
c. 6. de reformat. nullus ante decimum quartum an-
num beneficium potest obtinere, tamen beneficium
iuris patronatum tunc venit appellatione beneficij,
quando adeat eius favor, secus autem in non fauora-
bilibus est in nostro cafu.*
*2. His tamen non obstantibus contraria senten-
tiam tenent Viulanus in praxi iuris part. 2. lib. 6.
c. 6. n. 8. Squillante de privilegiis clericorum cap. 4. dub. 3.
num. 62. Riccius part. 3. decis. 26. & part. 4. decis. 3. 43.
Marius Antoninus var. refol. 112. cap. 51. & alij alle-
gentes videlicet plures dispensatos super aetate ad bene-
ficia simplicia, etiam iuris patroonatus, quia Concilium*

*Quæ hic est
Ref. antec-
dens, signan-
ter in eius §.
z. & lege
etiam vers.
positum in
not. x. dicta
Ref.*

*ANNE
DINNIA
O. III. IV. V.
E. III.*